

Liberales P. Martio Vero cos.¹ | X k. Apriles, Augustae Perusiae | in schola Laeliana², scribundo | adfuerunt. Quod P. Casinerius | Clemens Ilvir suo et L. Petili | Nepotis collegae sui nomine ver|ba fecit, Annum Leonam petere, | ut secundum verba testamenti | Egnati Festi statuae, quam divo Pio | positurus esset, loc[u]s sibi adsig|naretur, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.³: | placere, ut secundum voluntatem | Egnati Festi locus statuae divo | Pio ponendae proxim[e] Naevi² | Libani ad introit[um] c]u-ri[ae]⁴ | daretur.

Perusiae (XI 1924 vidit Bormann). — 1) *Consules suffecti fuerunt a. 166 (dipl. mil. C. l. L. III S. p. 1994).* — 2) *Locum evanidum primus enucleavit Bormann.* — 3) *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 4) *Supplevit Hirschfeld.*

5504 Ti. Claudio Caesari Augusto | pontifici maximo trib. | potest. XIII¹, imp. XXVII², cons. | V, p. p., cen., Vestinus Rustici f. X|vir³ et Rusticus f. d. s. p. d. d.⁴ Cuius | basis cum vetustate corrupta | esset, in vice eius Vitia Rus|ticana nurus novam restituit.

Cartimae (Cartama) in Baetica (II 1953 cf. suppl. p. 876 vidit Huebner). — 1) *Ian. 55/54.* — 2) *Cf. supra N. 248.* — 3) *De decemviris Cartimae et Ostipone cf. Mommsen et Huebner l. c., Huebner ib. p. 869, Dellefsen Philol. vol. 50 a. 1870 p. 272.* — 4) *De sua pecunia dono dederunt.*

5505 mirae bonitatis adque in|tegritatis viro Valerio Romano | v. c., curatori reip. col. Siccensium et Veneris, ob restauratum | deae¹ simulacrum, quod iam dudum | a latronibus fuerat interrupta | templi munitione sublatum, | statuam Venerii² ad propagandam | saeculis omnibus memoriam | patrono fido amore posuerunt.

Siccae Veneriae (el Kef) provinciae Africae (VIII S. 15881 vidit Cagnat). — 1) *Veneris.* — 2) *Collegium aliquod, vix ipsi Siccae cives.*

5506 Mannachi c. [v.] | Pro singularibus erga | civitatem nostram | meritis, industriae | et eloquentiae praeci|puo et in omni adfectu | praestantissimo (*sic*), | fabricatori ex maxi|ma parte etiam civi|tatis nostrae, multa | et usus et orn[a]tui | addenti, Umbonio | Mannachio v. c., pa|trono dignissimo, | ordo civitates (*sic*) Aecla|nensium statuam | ponendam censuit.

Mirabellae, prope Abellam veterem (IX 1128 vidit Mommsen).

5507 civi optimo et erga | patriam civesque obse|quentissimo Titio Fabio | Saevero¹, patrono coloniae, | cuius cura et sollicitudi|ne omnia opera publica res|taurata sunt. Huic ordo | splendidissimus et hones|tissimus populus Telesinus | statuam ponendam | decrevit.

Telesiae (IX 2258 saepius descripta saec. XVI—XVII). — 1) *Sic scriptum fuisse in lapide indicant exempla. Eiusdem viri est titulus supra N. 5060.*

5508 Tullidio Argolico | (*nonnulla legi non potuerunt*) [i]u|dicio | sac[ratis]simo et | comiti [f]abricarum¹ | totius civitatis | Ben.² urbis, ob